

tantum ministerium non posse sufficere, adiutorium sororis à Domino postulabat, dicens: *Non est tibi cura*, etc.; utique non ad vile opus, sed ad laudabile eam ministerium provocabat. Et tamen quid « audit, » etc. Quid ergo est quod Jesus vult Marthæ dictum, si nihil in eâ reprehendit? facientem bene, admonet ut melior sequatur, aut si non admonet ut sequatur, certe ponit ei meliora ob oculos, sororis quietem præferens ipsius occupationi, his quæ sequuntur verbis: *Maria optimam partem*, etc. *Non opus reprehendit*, ait iterum Augustinus, *sed munus distinxit*; et Beda: *Ecce pars Marthæ non reprehenditur, sed Mariæ laudatur*. Quare non prius quidquam Marthæ Jesus dixit, quam illa conaretur sororem à studio divini verbi ad corporis ministerium abstrahere: quod si illa animo ad varia apparatus distracto peccasset, suâ illam Jesus sponte ejus rei admonisset, et ut se sorori ad audiendum verbum jungeret, jussisset.

MARIA. *Maria autem*, quomodo legitur Græcè et Syriacè. Conjectio adversativa pericopen hanc à præcedenti separat, quemadmodum paulò antè diximus.

PARTEM, functionem, studium, genus vitæ; nimirum, discendis et contemplandis rebus divinis incumbere: quâ phrasi legitimus psalmi 118, v. 57: *Portio mea, Domine, custodire legem tuam*. Atque omnino frequens est in sacris Litteris, ut quod alicui oblitum continèdè possidendum, agendum, tolerandum, electione, sorte aut merito pars ejus dicatur, metaphorâ sumptâ à partitione hereditatis. Thren. 5, v. 24: *Pars mea Dominus*. Job. 27, v. 15: *Hæc est pars hominis impii*, etc. Psalmi 10 v. 7: *Ignis, et sulphur, et spiritus procellarum, pars calicis eorum*. Psalmi 15 v. 5: *Dominus pars hereditatis mee*.

OPTIMAM, illam bonam, quod interpres plenissimè expressit, *optimam*. Et quia certum est hic fieri comparisonem, conferrique inter se functionem Mariæ et functionem Marthæ, hoc enim veteres omnes intellegendi; hinc fit, ut D. Augustinus, sermone 26 et 27 de Verbis Domini, Ambrosius in Commentario, et Cassianus collationis primæ capite 8, non solum intelligant, verum etiam aliquoties legant, *meliozem*. Ambrosii verba mox dedimus. Augustini sunt: *Non tu malam, sed illa meliozem*. Cassiani hæc: « Cùm Marthæ sancto utique ministerio deserviret, utpote quæ ipsi Domino ejusque discipulis ministraret, et Mariæ spirituali tantummodò intenta doctrinæ, Jesu pedibus inhæreret, præferret tamen à Domino, quod meliozem elegerit partem. » Conferat igitur inter se Christus, partem Mariæ et partem Marthæ, ut pudere debeat Calvinum, qui negat ullam hic fieri comparationem.

fusius disputatis, quæst. 20, juxta quam Christus significat unum esse necessarium, ut scilicet necessitati corporis fiat satis, ad quod paucis vel uno opus est cibo, quia natura paucis contenta; ut ita unum tacitè opponatur pluribus fereulorum generibus, quibus Marthæ parandis intenta erat. MARIA OPTIMAM PARTEM ELEGIT; Græcè, *bonam*, sed cum articulo emphasin significante, q. d., illam bonam seu excellentem

tionem: nam et partis nomen nonne ad aliquid est? et nonne quæstio hic et inter Martham et Mariam, utrùm Mariæ, relicta suâ parte, transire debeat ad partem Marthæ, necne? Quare iterum Cassianus illo loco: « Nam eùm dicit: *Maria bonam partem elegit*, licet taceat de Marthâ, et nequaquam eam vituperare videatur, illam tamen laudans, hanc inferiorem esse pronuntiat. » In eundem sensum interpretantur Græci, Titus, Theophylactus, Euthymius, ut Marthæ quidem virtus magna et bona, Mariæ autem major et excellentior fuerit; ex quibus Euthymii verba sunt: « Bonam partem dixit, non quòd altera mala sit, sed bonam hic appellat eam quæ melior est. Potest enim fieri, ut duorum honorum, unum altero melius sit. » Sed eoque nam est pars illa optima Mariæ? Sedere ad pedes Jesu et audire verbum ejus, discendis et contemplandis rebus divinis incumbere (quod diximus), Deo vacare, et posthabitis iis quæ corporis sunt, totum in his esse que sunt animi. Hæc est pars optima, pars, inquam, est, eorum qui eam elegerint sibi in hæc vitâ sectandam, quibus decretum est huic præcipue rei in hæc mortali vitâ incumbere. Nam qui aliquando dumtaxat id faciat, is non habeat hoc sibi pro parte. Quam ob rem sequitur hic verbum, *elegit*.

ELEGIT, quo significatur Mariæ Magdalenam, non solum nunc intentam esse Dei verbo, verum etiam id præcipue functionis sibi delegisse in vitâ incumbendum. Atque hæc est pars optima, id est, longè melior eâ ad quam Marthæ Mariam conabatur atrahere, curare, inquam, ea que facerent ad reficienda corpora Jesu ejusque discipulorum, melior hospitalitate et corporali pauperum curâ, quanto spiritalè præstat corporali, et cibus mentis cibo ventris. *Per alterum enim corpus pascitur, per alterum anima vivificatur*, ait Theophylactus. « Bonum est hospitale esse, inquit Euthymius, verum melius Deo assidere: illud enim corporale est, hoc autem spirituale. » Maria, inquit Chrysostomus, non ministrabat, sed discipula; hic etiam erat, et spiritualibus magis afflicta; neque enim ministrabat tanquam vocata, neque communi vacabat ministerio, sed soli Jesu honorem impendit, neque tanquam homini adest, sed tantum Deo. » Hanc autem partem minis bonam, an sibi præcipue in vitâ sectandam elegerit Marthæ, non expressè dicit Jesus; possit enim intelligi, Mariæ pars melior dici eâ cui Marthæ presentiarum incumbit: videtur tamen id insinuare, præsertim cùm et postea disertè de Marthâ legamus quòd accubente Jesu ministraverit, Joan. 12, v. 2; ita ut videtur hæc ejus fuisse propensio adeoque vocato, sicut piasque functionibus, sed corporalibus atque exterioribus

bonam, quod noster *optimam* dixit et consequenter meliozem quam Marthæ, sicut legit August. Itaque non opus Marthæ reprehendit, sed partem, id est functionem, studium, genusque vitæ Mariæ prætulit. Non tu malam, inquit August., serm. 27 de Verbis Domini, sed illa meliozem. Pars autem illa est sedere ad pedes Jesu, et audire verbum ejus, hoc est, discendis et contemplandis rebus divinis incumbere, quod

vacare. *Unusquisque enim propriam domum habet à Deo, alius quidem sic, alius verbò sic*; 1 Cor. 7, v. 7. Præfert ergo Jesus functionem Mariæ functioni Marthæ, et omnium illius hujus negotio, malens, attentè, cæteris postpositis rebus, audiri, quam laudis cibus tractari; quasi dicat: Non est quòd queraris de sorore, quòd te eam relinquat ministrare, quasi minus benefaciat in eo, quòd tecum non curet ea quæ ad corporis mei refectioem faciant: scito optimam partem ab ipsâ electam. Ministerium tuum bonum est quidem et mihi gratum; sed quòd illa agit, melius est, mihique gratius. Judicium longè ab humano diversum. Dicerent homines Martham pro Christo laborare, nimirum prandium Christo esurienti parare; Martham verò, Christo neglecto, sibi vacare et quieti suæ. Atqui testatur Dominus, functionem Mariæ, cui non usque adeò cure erat quali convivio Dominus exciperetur, meliozem esse sibi que gratiore, gratius sibi esse eorum studium qui avidi sunt ad audiendum verbum Dei, quam eorum qui solliciti sunt ut ipsum corporaliter pascant; scilicet ab illis quam ab his, suavius se reficit et amplius honorari.

QUE PROINDE NON AUFERETUR AB EA, quæ cùm sit optima, et melior tuâ, non auferetur ab eâ, ut ad tuam transeat; *non auferetur*, me auctore, neque nunc neque in secula. Adiccat se audiendo et meditando verbo Dei rebusque celestibus, quantum velit et possit hæc in mortali vitâ (ubi interdum servire oportet corporis necessitati); ego nunquam ei præcipiam, ut hæc functione relicta, transeat in partem sollicitudinis tuæ, parantis mihi convivium splendendum; nunquam jubebo, ut spiritali hæc functione intermissa, te adjuvet in his rebus externis minusque necessariis; quòd si etiam necessarie sint,

Maria elegerat, id est, toto vitæ studio tanquam partem seu sortem sibi propriam sectandam ceperat, sicut è contrario Marthæ officia pietatis corporalia, de quo etiam Joan. 12, v. 2. *QUE NON AUFERETUR AB EA*, neque in hæc vitâ, neque in futurâ. Auferetur enim aliquando omnis necessitas, seu corporalis hospitalitatis; æterna est dulcedo veritatis, inquit August. Per hoc ergo Dominus dat rationem cur melior sit pars Mariæ, sicut et Apostolus charitatem dicit esse majorem fide, et spe, eò quòd his transeuntibus illa ma-

erunt alii qui eis incumbat. Nec enim id quod est melius et perfectius, dimittendum est ob id quod minus bonum minusque perfectum est. Imò si perseveret tua soror, totam vitam divinarum rerum contemplationi impendere, ne vitæ quidem hæc finiente auferetur ab eâ hoc studium, vel meli vel quovis alio faciente, qui potius augebitur et perfectetur. Tuum ministerium locum non habebit in æternâ vitâ; hæc sororis tuæ functio poterit esse æterna. « In hæc vitâ augetur, in aliâ vitâ perfectetur, nunquam auferetur, » ait Augustinus, serm. 26 de Verbis Domini: à te auferetur aliquando omnis necessitatis; æterna est dulcedo veritatis. » « Activa enim vitâ, inquit Beda, cum corpore deficit: contemplativa autem hic incipit, ut in celesti patriâ perfectatur. » Cùm ergo Maria suaviter audiret verbum dulcissimum, et corde intentissimo pasceretur; interpellato Domino à sorore suâ, quomodo putamus eam timuisse, ne diceret ei Dominus: Surge et adjuva sororem tuam? Mirâ enim suavitate tenebatur, quæ profecto major est mentis quam ventris. Excusata est, sed scurior: ipse enim ejus factus est advocatus, qui iudex fuerat interpellatus. Notum est ejus utar verbis. Postremò monent rectissimè hic plerique omnes catholici tractatores, in his duabus sororibus figuratam à Domino duplicem vitam bonam, seu duplex genus vitæ bonæ future in suâ Ecclesiâ; secundum tropologiam quidem, activam vitam et contemplativam; juxta anagogen verò, presentem et futuram (nec enim exstat in hæc mortali vitâ, vitâ præ contemplativa), Marthâ quidem activæ et presentis, Mariâ verò contemplativæ et futuræ, typum exprimentie: de quibus latè Augustinus, illis jam sæpè laudatis sermonibus de Verbis Domini.

neat in æternam. Hoc ergo signum est corporalia exercitia non per se intendi à Deo, sed ut media, per quæ ad optimam partem, hoc est, ad scientiam claritatemque veritatis veniatur. Notant autem plerique Patres, et imprimis August., serm. 26 et 27 de Verbis Domini, duas vitas in his mulieribus figurari, tropologicè quidem activam et contemplativam, anagogicè verò presentem et futuram, laboriosam et quietam, ærumnosam et beatam, temporalem et æternam. Vide August. latius.

CAPUT XI.

CHAPITRE XI.

1. Et factum est, cùm esset in quodam loco orans, ut cessavit, dixit unus ex discipulis ejus ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit et Joannes discipulos suos.
2. Et ait illis: Cùm oratis, dicitis: Pater, sanctificet nomen tuum: adveniat regnum tuum;
3. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie;
4. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis; et ne nos inducas in tentationem.
5. Et ait ad illos: Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad illum mediâ nocte, et dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes,
6. Quoniam amicus meus venit de viâ ad me, et non habeo quod ponam ante illum:

1. Un jour, comme il était en prière en un certain lieu, après qu'il eut cessé de prier, un de ses disciples lui dit: Seigneur, apprenez-nous à prier comme Jean l'a appris à ses disciples.
2. Et il leur dit: Lorsque vous prierez, dites: Notre Père, que votre nom soit sanctifié; que votre règne arrive;
3. Donnez-nous aujourd'hui notre pain de chaque jour;
4. Et remettez-nous nos offenses, car nous remettons aussi nous-mêmes à tous ceux qui nous sont redevables; et ne nous abandonnez point à la tentation.
5. Il leur dit encore: Si quelqu'un d'entre vous avait un ami; qu'il allât trouver au milieu de la nuit, et qu'il lui dit: Mon ami, prêtez-moi trois pains,
6. Parce qu'un de mes amis, qui est en voyage, vient d'arriver chez moi, et je n'ai rien à lui donner;

7. Et ille deitatus respondens, dicit: Noli mihi molestus esse, jam ostium clausum est, et parvi mei mecum sunt in cubili: non possum surgere, et dare tibi.

8. Et si ille perseveraverit pulsans, dico vobis, et si non dabit illi surgens, eo quod amicus ejus sit, propter improbitatem tamen ejus surget, et dabit illi quotquot habet necessarios.

9. Et ego dico vobis: Petite, et dabitur vobis; querite, et invenietis; pulsate, et aperietur vobis.

10. Omnis enim qui petit, accipit; et qui querit, invenit; et pulsanti aperietur.

11. Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? aut piscem: numquid pro pisce serpentem dabit illi?

12. Aut si petierit ovum, numquid porriget illi scorpionem?

13. Si ergo vos cum sitis mali, nosis bona dare filijs vestris; quanto magis Pater vester de celo dabit spiritum bonum petentibus se?

14. Et erat eiciens demonium, et illud erat mutum; et cum egerisset demonium, locutus est mutus, et admiratae sunt turbae.

15. Quidam autem ex eis dixerunt: in Beelzebub principe demoniorum eicitur demonia.

16. Et alii tentantes, signum de celo querebant ab eo.

17. Ipse autem ut vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum divisum desolabitur, et domus supra domum cadet.

18. Si autem et Satanas in seipsum divisus est, quomodo stabit regnum ejus? quia dicitis in Beelzebub me eicere demonia.

19. Si autem ego in Beelzebub eicio demonia, filii vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.

20. Porrò si in digito Dei eicio demonia, profectò pervenit in vos regnum Dei.

21. Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quae possidet.

22. Si autem fortior eo superveniens vicerit eum, universa arma ejus auferet, in quibus confidebat, et spolia ejus distribuet.

23. Qui non est mecum, contra me est: et qui non colligit mecum, dispergit.

24. Cùm immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, querens requiem: et non inveniens, dicit: Revertar in domum meam unde exivi.

25. Et cùm venerit, invenit eam scopis mundatam et ornatum.

26. Tunc vadit, et assumit septem alios spiritus secum, nequiores se; et ingressi, habitant ibi. Et fiunt novissima hominis illius pejora prioribus.

27. Factum est autem cùm hæc diceret, extollens vocem quaedam mulier de turba, dixit illi: Beatus ventus qui te portavit, et ubera quae suxisti.

28. At ille dixit: Quinimò beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud.

7. Et que est homme lui répondit de dedans sa maison: Ne m'importez point; ma porte est déjà fermée, et mes enfans sont couchés aussi bien que moi; je ne puis me lever pour vous en donner.

8. Si néanmoins l'autre persévérerait à frapper, quand celui-ci ne se leverait pas pour lui en donner à cause qu'il est son ami, je vous assure qu'il se leverait à cause de son importunité, et lui en donnerait autant qu'il en aurait besoin.

9. Je vous dis de même: Demandez, et il vous sera donné; cherchez, et vous trouverez; frappez, et on vous ouvrira.

10. Car quiconque demande reçoit; et qui cherche, trouve; et on ouvrira à celui qui frappe.

11. En effet, qui est le père parmi vous qui donnât à son fils une pierre, lorsqu'il lui demanderait du pain, ou qui lui donnât un serpent, lorsqu'il lui demanderait un poisson,

12. Ou qui lui donnât un scorpion, lorsqu'il lui demanderait un œuf?

13. Si donc vous autres, tout méchans que vous êtes, vous savez néanmoins donner de bonnes choses à vos enfans, à combien plus forte raison votre Père, qui est dans le ciel, donnera-t-il le bon esprit à ceux qui le lui demandent!

14. Et Jésus chassa un démon qui était muet; et le démon étant sorti, le muet parla, et tout le peuple fut ravi en admiration.

15. Mais quelques-uns d'entre eux dirent: C'est par Beelzebub, prince des démons, qu'il chasse les démons.

16. Et d'autres pour le tenter, lui demandaient un prodige dans l'air.

17. Mais Jésus connaissant leurs pensées, leur dit: Tout royaume divisé contre lui-même sera détruit, et toute maison divisée contre elle-même tombera en ruine.

18. Si donc Satan est divisé contre lui-même, comment son règne subsistera-t-il? Cependant vous dites que c'est par Beelzebub que je chasse les démons.

19. Or, si c'est par Beelzebub que je chasse les démons, par qui vos enfans les chassent-ils? C'est pourquoi ils seront eux-mêmes vos juges.

20. Mais si c'est par le doigt de Dieu que je chasse les démons, assurément le royaume de Dieu est venu jusqu'à vous.

21. Lorsque le fort armé garde sa maison, tout ce qu'il possède est en sûreté.

22. Mais s'il en survient un autre plus fort que lui, qui le surmonte, il lui enlèvera toutes ses armes dans lesquelles il mettait sa confiance, et il partagera ses dépouilles.

23. Celui qui n'est point avec moi est contre moi, et celui qui ne recueille point avec moi, dissipe.

24. Lorsqu'un esprit immonde est sorti d'un homme, il s'en va par des lieux arides, cherchant du repos; et comme il n'en trouve point, il dit: Je retournerai dans ma maison d'où je suis sorti.

25. Et y venant, il la trouve nettoyée et parée.

26. Alors il s'en va prendre avec lui sept autres esprits plus méchans que lui; et entrant dans cette maison, ils en font leur demeure, et le dernier état de cet homme devient pire que le premier.

27. Lorsqu'il disait ces choses, une femme élevant sa voix du milieu du peuple, lui dit: Heureux le ventre qui vous a porté, et les mamelles que vous avez suçées.

28. Jésus lui dit: Mais plutôt heureux sont ceux qui écoutent la parole de Dieu, et qui la pratiquent.

29. Turbis autem concurrentibus, cepit dicere: Generatio hæc, generatio nequam est; signum querit, et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetae. 30. Nam sicut fuit Jonas signum Ninivitis; ita erit et Filius hominis generationi istæ.

31. Regina Austri surget in judicio cum viris generationis hujus, et condemnabit illos; quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis; et ecce plus quam Salomon hic.

32. Viri Ninivite surgent in judicio cum generatione hæc, et condemnabunt illam; quia penitentiam egerunt ad prædicationem Jonæ; et ecce plus quam Jonas hic.

33. Nemo lucernam accendit, et in abscondito ponit, neque sub modio: sed supra candelabrum, ut quæ ingrediuntur, lumen videant.

34. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, corpus totum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.

35. Vide ergo lumen, quod in te est, tenebræ sint.

36. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, et sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

37. Et cum loqueretur, rogavit illum quidam Pharisæus, ut pranderet apud se; et ingressus, recubuit.

38. Pharisæus autem cepit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium.

39. Et ait Dominus ad illum: Nunc vos, Pharisæi, quod deforis est calcis et catini, mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapinæ et iniquitate.

40. Stulti, nonne qui fecit quod deforis est, etiam id quod deitatus est, fecit?

41. Verumtamen quod superest, date elemosynam: et ecce omnia munda sunt vobis.

42. Sed vae vobis Pharisæis, quia decimatis mentham, et rutam, et omne olus, et præteritis iudicium et charitatem Dei: hæc autem oportuit facere, et illa non omittere.

43. Vae vobis Pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, et salutationes in foro.

44. Vae vobis, quia estis ut monumenta que non apparent, et homines ambulantes supra nesciunt.

45. Respondens autem quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens, etiam contumeliam nobis facis.

46. At ille ait: Et vobis legisperitis vae: quia oneratis homines oneribus que portare non possunt, et ipsi uno digito vestro nen tangitis sarcinas.

47. Vae vobis qui edificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos.

48. Profectò testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem edificatis eorum sepulera.

49. Propterea et sapientia Dei dixit: Mittam ad illos prophetas et apostolos, et ex illis occident, et persequentur:

29. Et comme le peuple s'amassait en foule, il commença de dire: Cette race est une race méchante: ils demandent un signe; et il ne leur en sera point donné d'autre que celui du prophète Jonas.

30. Car comme Jonas fut un signe pour ceux de Ninive, ainsi le Fils de l'homme sera pour cette nation.

31. La reine du Midi s'éleva au jour du jugement contre les hommes de cette nation, et les condamnera, parce qu'elle est venue des extrémités de la terre, pour entendre la sagesse de Salomon; et cependant il y a ici plus que Salomon.

32. Les Ninivites s'éleveront au jour du jugement contre ce peuple, et le condamneront, parce qu'ils ont fait pénitence à la prédication de Jonas; et cependant il y a ici plus que Jonas.

33. On n'allume point une lampe pour la mettre dans un lieu caché, ou sous un boisseau, mais on la met sur le chandelier, afin que ceux qui entrent voient sa lumière.

34. Votre œil est la lampe de votre corps: si votre œil est net, tout votre corps sera éclairé; et s'il est mauvais, votre corps sera dans les ténèbres.

35. Prenez donc garde que la lumière qui est en vous ne soit elle-même que ténèbres.

36. Si donc tout votre corps est éclairé sans avoir aucune partie ténébreuse, il sera entièrement éclairé, comme lorsqu'une lampe vous éclaire par sa lumière.

37. Pendant qu'il parlait, un pharisien le pria de diner chez lui. Il y entra: et s'étant mis à table,

38. Le pharisien commença de dire en lui-même: Pourquoi ne s'est-il point lavé avant le diner?

39. Mais le Seigneur lui dit: Vous autres Phariséens, vous avez soin de nettoyer le dehors de la coupe et du plat; mais le dedans de vos cœurs est plein de rapines et d'iniquités.

40. Insensés que vous êtes, celui qui a fait le dehors n'a-t-il pas fait aussi le dedans?

41. Néanmoins donnez l'aumône de ce que vous avez; et toutes choses seront pures pour vous.

42. Mais malheur à vous, phariséens, qui payez la cime de la menthe, de la rue et de toutes les herbes, et qui négligez la justice et l'amour de Dieu. C'est là néanmoins ce qu'il fallait pratiquer, sans omettre ces autres choses.

43. Malheur à vous, phariséens, qui aimez à avoir les premières places dans les synagogues, et à être salués dans les places publiques.

44. Malheur à vous qui ressemblez à des sépulcres qui ne paraissent point, et que les hommes qui marchent dessus ne connaissent point.

45. Alors un docteur de la loi prenant la parole, lui dit: Maître, en parlant ainsi, vous nous déshonorez aussi nous-mêmes.

46. Jésus lui dit: Malheur aussi à vous autres, docteurs de la loi, qui chargez les hommes de fardeaux qu'ils ne peuvent porter, et qui ne les touchez pas même du bout du doigt.

47. Malheur à vous qui bâtissez des tombeaux aux prophètes, et ce sont vos pères qui les ont tués.

48. Certainement vous témoignez assez que vous consentez à ce qu'ont fait vos pères, puisqu'ils ont tué les prophètes, et que vous leur bâtissez des tombeaux.

49. C'est pourquoi la Sagesse de Dieu a dit: Je leur enverrai des prophètes et des apôtres; et ils tuent les uns, et ils persécuteront les autres,

50. Ut inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi à generatione istà.

51. A sanguine Abel, usque ad sanguinem Zacharie, qui perit inter altare et ædem. Ita, dico vobis, requiretur ab hac generatione.

52. Væ vobis legisperitis, quia tulistis clavem scientiæ: ipsi non introitis, et eos qui introibant, prohibuistis.

53. Cùm autem hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisei et legisperiti graviter insistere, et eos ejus opprimere de multis.

54. Insidiantes ei, et querentes aliquid capere de ore ejus, ut accusarent eum.

COMMENTARIA.

VERS. 4. — ESSET ORANS, Latine *oraret*. Frequens est Christo oratio, tum ut humanam naturam suam in omni virtutum genere exerceat, tum ut nobis exemplum det frequenter cum Deo colloquendi, mentemque in eorum subvehendi, discussis rerum terrenarum curis et phantasmatibus omnibus: quo nihil utilius est ad servandam vite sanctæ integritatem. Oravit autem Deum, si quidem pro se oravit, perseverantiam (plenus enim cæteroque erat donis Spiritus sancti) et corporis à morte gloriam, non ut dubius aut incertus, sed ut qui agnosceret Dei in se gratiam: nam potissimum pro nobis oravit, quorum salutem in se receperat procurandam: oravit haud dubium inter cætera, ut, cùm turba de carnali regno cogitaret, peteret à Patre ea quæ ad spirituale regnum cœlorum in hominum animis confirmandum pertinerent. Cæterùm non petitionem tantùm complectitur oratio, sed et meditationem, laudem, gratiarumque actionem. Docuit autem exemplo suo, à prædicatione, ad vitandam gloriam vanam, secedendum esse doctori, et colligendam in Deum mentem, neque semper multitudinè adhaerendum, commendandum verò seorsim Deo prædicatè verbi profectionem in auditoribus.

IN QUODAM LOCO, in quem secesserat hunc in finem.

UT CESSAVIT, SYRUS, ut *finivit*.

UNUS, quidam. Putant aliqui fuisse ex septuaginta discipulis unum.

VERS. 4. — CUM ESSET IN QUODAM LOCO ORANS, UT CESSAVIT; neque enim fuit ausus discipulus ille orationem interpellare, cùm oratio tantùm colloquium cum Deo doctrinè longè præferenda sit, nisi necessitas aliud postulet. DIXIT UNUS: DOMINE, DOCE NOS ORARE, præscripta, scilicet, certà quiddam orationis formulâ. Quæ petitio congruentissima fuit auctoritate Augustini, tract. 7 in Joan. Qui enim habent causam, inquit, et volunt supplicare imperatori, quarunt aliquem jurisperitum, à quo sibi præces (id est, libellus duplex) componuntur; ne forte si aliter petierint quam oportet, non solum non impetrent quod petunt, sed et penam pro beneficio mereantur. Itaque doce nos orare, id est: Jurisperiti noster, assessor Dei, imò concessor, compone nobis præces, seu libellum supplicem, inquit ibidem August. Sicut docuit ET JOANNES DISCIPULUS SUUS. Ex quo constat Joannem aliquam certam

50. Alia qu'on redemande à cette nation le sang de tous les prophètes, qui a été répandu depuis la création du monde.

51. Depuis le sang d'Abel, jusqu'au sang de Zacharie, qui a été tué entre le temple et l'autel. Oui, je vous déclare qu'on en demandera compte à cette nation.

52. Malheur à vous, docteurs de la loi, qui vous êtes saisis de la clé de la science, et qui n'y étant point entrés vous-mêmes, l'avez encore fermée à ceux qui voulaient y entrer.

53. Comme il leur parlait de la sorte, les pharisiens et les docteurs de la loi commencèrent à le presser fortement, et à l'accabler de plusieurs questions.

54. Lui tendant des pièges, et cherchant à tirer de sa bouche quelque chose qui leur donnât lieu de l'accuser.

DOCE NOS. Frequenter nobis commendas orationem et verbo et exemplo; *doce nos* igitur, qui divinarum rerum doctor es absolutissimus, orandi formam, et doctrinam suam et professioni nostræ congruam, quæ Deo gratissima sit: quò, ut par est, ex tuo præscripto fiant à nobis discipulis tuis omnia.

JOANNES, in cuius tu locum successisti.

DOCUIT, dum viveret, Joannes quemadmodum jejunia præscriperat discipulis suis, supra 5, v. 33; ita et composuerat, ex præceptis suis de poenitentia instantique regno colorum doctrinæ, opportunas præcations, quibus excitaret suorum animos in spem redemptionis per Christum promissæ, et præpararet ad expiendam.

VERS. 2. — ET AIT ILLIS, scilicet respondens. Omnes alloquitur, rogaverat enim discipulos, non se solum, sed omnes doceri.

CUM ORATIS, cùm vultis orare.

DICITE, hæc ultimam formulâ, quæ ex sacris Scripturis petita, omnium expetendorum summam continet. Eandem orandi formam hic tradit, cum capite 6 Evangelii secundum Mattheum. An igitur repetiverit Christus quam semel docuerat? nihil video sequi incongruum si hoc dicitur. Sed utrum prius discipulos seorsim, quod hic dicitur, docuerit, postea verò in monte cum discipulis turbas, quod Matthæi 6; an contra, prius in monte omnes docerit, postea seorsim inculcavit discipulis, res manet incerta. Fieri potuit ut discipulus iste rogator, vel

et ante non usitatum orandi formulam suis tradidisset, ut et illi de proprio magistri sui instituto aliter Deum orarent, inquit Tertull., 4 contra Marcionem, c. 20. Religionis enim pars non infima est oratio, quam præcetera etiam novam inferre solet, quisquis religionem innovaverit.

VERS. 2. — CUM ORATIS DICITE. Eadem est hæc oratio, quantum ad substantiam, cum eâ quam tradidit Matth. 6. Præcetera etiam quantum ad verba. Suppletur enim in singulis petitionibus non solum id quod explanationis gratiâ apud Matth. additur, sed etiam suppletur petitiones due, quæ Latine omittuntur. Verim quia exemplaria Latina etiam antiquissima illis carent, verisimile est à nonnullis quantumvis perperam fuisse Græcè inserta, ne fortassis manca hæc oratio videretur. Quinque igitur tantùm sunt hic petitiones, tertia verò et septima delictum, notat August. in Enchiridio,

non audierit sermonem in monte, vel orandi formam, inter plurima alia salutis documenta audiam, oblitus fuerit. Quisquid sit, nihil mirum, si Christus, non bis, sed sæpius, hæc exactissimam orandi formam repetiverit, cuius vultu inter suos usum esse quotidianum.

PATER. Græcè et Syriacè additur, *noster qui es in cælis*; quemadmodum etiam mox: *Fiat voluntas tua sicut in celo et in terrâ*. Latinus interpres qui hæc Græcè non legit, videtur verioribus codicibus usus; cui suffragatur D. Augustinus Enchiridii capite 116, dùm declarat Lucam Evangelistam, in Oratione Dominicâ, petitiones, non septem, ut Matthæus, sed quinque complexum esse. Fit enim verisimile, à notariis aliquibus fuisse hæc Lucæ adjecta, ne Oratione Dominicâ à Lucâ scripta, manca appareret, dùm non per omnia responderet, sive ei quæ à Matthæo scribitur, sive ei quæ à fidelibus vivâ voce accepta quotidie recitatur. Atqui non curavit Christus, dùm hanc orandi formam repetivit, eadem semper verba numerare: non enim tam verbis suis astringere voluit quam docere, quid, quâ ratione, et quibus affectibus, orandum esset. Et quantum formulam explicitissimam exactissimamque tunc dicitur, quando secundum Mattheum discipulos simul et populos in monte docuit, quam proinde etiam merito sequitur fidelium usus; non tamen necessario opus fuit omnibus ac singulis articulis tunc additis, cum quidam in quibusdam possent contineri, et alii ex aliis intelligi. Inprimis enim quod ad voculam *noster*, illa satis intelligitur, cùm in progressu ubique usus est similis pronomini: *Paternum nostrum*, etc. Porro, qui *es in cælis*, non potest non occurrere orator, qui modò cogit quicum loqui parat. Jam *verò fiat voluntas tua sicut in celo et in terrâ*, tam facillè intelligitur potest ex præcedentibus quam abundè illic contineri; nec enim sanctificatur à nobis nomen Patris, nisi fiat à nobis voluntas ejus; neque desiderat regnare Patrem in celo et in terrâ, qui non ardentissimè desiderat ejus fieri voluntatem in celo et in terrâ. Quare ut discernerem in oratione, non tam de verbis esse solliciti quàm de rebus; nec tam de voce quàm de spiritu ac mente, non eisdem semper verbis Salvator tradidit orandi formam, etiam eam quam voluit nobis esse quotidianam.

PATER. Nullum elogium, quo Dei bonitas commendatur, ita convenit oraturis, ut elogium Patris: *Quantùm hoc nominis nemo nostrum in oratione audeat attingere*, Cyprianus ait, *nisi dignationis ejus et bonitatis ubertas id permisisset*. Hoc enim elogium, ut omnia complectitur Dei erga nos beneficia, creationem, conservationem, redemptionem, peccatorum cap. 116, quia septima in sextâ utrumque comprehenditur, sicut et tertia in primâ et secundâ. Nam nomen Patris à nobis sanctificari non potest, neque regnum ejus serio optari, nisi velimus fieri voluntatem ejus: et à præcipuo malo liberatur, qui remissis debitis in tentationem nullam inducitur, cui liberatio à reliquis malis suo tempore velut merces dabitur. Itaque, ut discernerem in oratione non tam de verbis quàm de rebus esse anxii, ac de spiritu orationis, diversis verbis orationem tradidit, quam fidelibus quotidianam esse voluit. Nam circumstantiarum et apud Math.

veniam, penarum interitum, justificationem, sanctificationem, filiorum adoptionem, hereditatem Dei, fraternitatem cum Unigenito copulatam, sancti Spiritus dona largissima, denique glorificationem vite æternam beate (verè enim hæc Patris sunt beneficia, imò multò plus quàm Patris: nam, cùm Dei erga nos charitas beneficentique, in immensum excelat cuiusvis patris erga filium, idcirco duntaxat Patris nomen in usu est, cùm de Deum nos bonitate est sermo, quò aliud non sit apud homines quo majori veriore exprimi charitas queat) ac proinde oraturam animus ut amore Dei flagret valeat efficere (et quid sit bonis filiis charitas patris?), ita et maximam addit impetrandi fiduciam (quid enim neget filius justa petentibus patris?), et insuper patris animum afficit, ne qui Deo dicit *Pater*, eo Patre inveniat indignus, quin potius par gratiæ præstet et studium. Judæus, ut sub lege servus, docuit erant Deum in oratione Dominum appellare: Christianus spiritu adoptionis donatus, clamat: *Abba Pater*, Gal. 4, v. 6. *Meminisse itaque*, ait Cyprianus, *et scire debemus quia quando Patrem Deum dicimus, quasi filii Dei agere debemus, ut quomodò nos nobis placeamus de Deo Patre, sic sicut placeat et ille de nobis filiis*. Alloquimur porrò Patrem Salvatoris nostri Jesu Christi; quem consuevit ille et suum et nostrum Patrem vocare, ad eumque referre omnia; sed oramus nihilominus et Salvatorem ipsum, et Spiritum sanctum, quippe qui sciamus eos vultu facere ac donare quidquid facit ac donat Pater. Nam et sic in sacrificio, solum Patrem alloquimur, toti tamen Trinitati sacrificamus: tres enim persone, sunt unus Pater noster, unus exauditor, unus gratiarum largitor.

SANCTIFICATA NOMEN TUUM. Hæc prima petitio est, digna proorsus eo qui Deum Patrem appellavit, quippe qui, ut ingenus filius, non nullâ ré prius, quam pro patris gloriâ, quam solum ei optare potest, supplicet: omnia verò reliqua, secundo loco ducit, infraque honorem et gloriam ipsius numeret. Sciamus ergo oportet, tunc nos demùm ad ritè precandum fore paratos, si non tantùm de nobis et nostrâ utilitate criminis solliciti, sed priorem locum Dei gloriæ dabinus; neque satis nos magno divinæ gloriæ studio flagrare, nisi nostri quodammodo oblitii, illi ante omnia operam demus: est enim nimis præposterum, curare tantum quæ nostra sunt, majestatem autem Dei, quæ omnibus aliis curis suo merito longè præferenda est, negligere. Porro, nomen Dei hic intelligitur, Deus ipse ut inter homines nominatur, ut inter homines cognoscitur. Cognoscitur autem et nominatur ab operibus et virtutibus suis, nempe, potentia, sapientiâ, tanta diversitas ut videatur Christus illos orandi formulas diverso tempore tradidisse, utram prius non constat. Hæc oratio omnia omnino petenda complectitur, ut Cyprianus, lib. de Orat. Dominicâ. Ut idcirco Tertull., lib. de Orat. c. 1, vocaverit *tertius Evangelii brevium*. Hinc August., epist. cit., c. 12: *Liberum est aliis atque aliis verbis, eadem tamen orando, dicere, sed non debet esse liberum alia dicere*. Deinde, quantum ad ordinem petendi, ordine præclarissimo quod superiorem in affectu hominum esse debet; hoc præcedit, inferiora sequuntur. Denique nulla in eo bat-

justitiâ, misericordiâ, veritate. Hanc ergo majestatem, his in virtutibus refulgentem, hujusmodi operibus nobilibus, sanctificari petimus: non ipsam in se sanctam fieri, cujus absolutissime sanctitati nihil aut accedere aut decedere potest; verum ut ab omnibus sancta habeatur, sancta prædicetur et sanctè colatur, id est, ab omnibus agnoscat, ab omnibus laudet, magnificetur, celebretur, glorificetur, omnisque ei honor habeatur. Porrò hoc fit, si qui à Dei cognitione et cultu, à verâ fide et religione, alieni sunt, Judæi et gentiles convertantur, hæretici revertantur; si fideles, qui populus sunt Dei, vitam ducant integram et inculpam; si studiosi sint laudis et gloriæ Dei, sua omnia eò instituentes, bona omnia ipsi ascribentes; si ei ut veraci credant, in eo ut potenti et largo sperent, ut justum timeant, ut bonum diligant, si recta et sancta habeant ac censeant omnia opera ejus; si lingua majestatem ejus prædicent, et corde pio venerentur; nunquam de ipso loquantur aut cogitent sine summâ veneratione offensivisque timore; denique, nihil habeant eò sanctus, augustus, magisque colandum et observandum. His ferè modis sanctificari contingit nomen Dei, cum ab illis quorum hæc sunt, tum ab aliis qui hæc in illis observant, probant, laudant, imitantur. De illo, Isaias capite 8, v. 15: *Domini exercituum ipsam sanctificate; ipse pavor dicitur et ipse terror vester; et Petrus prioris Epistolæ tertio capite, v. 15, Isaiam imitatus: Domini autem Christum sanctificate in cordibus vestris. De hoc, Matth. 5, v. 16; Salvator: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est; et Apostolus Petrus prioris epistolæ secundo capite, v. 12: Conversationem vestram inter gentes habentes bonam, ut etc., ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Caterùm, his modis sanctificari homines nomen Dei: sanctificat autem et Deus ipse nomen suum, juxta quod loquuntur complura Scripturæ loca, Levit. 10, v. 5; Isa. 5, v. 16; Ezechiel. 20, v. 41, 42, et 38, v. 23, nimirum, cum, novis magnisque operibus, declarat hominibus, factique ut agnoscant, misericordiam, justitiam, sanctitatem, majestatem ipsius; id quod etiam hæc petitione intelligendum est comprehendimus; idcirco fortassis generaliter dictum est: *Sanctificetur nomen tuum; ut intelligatur: fac ut sanctificetur modis omnibus. Huic sanctificationi nominis Dei opponitur ejusdem nominis**

tologia, sed brevitas incomparabilis, ut scilicet non agnue verborum, ut ibid. Tertull., Deum admodum putemus, sicut ethnici faciebant.

PATER. Prociuum est, non petitio, in quo latet divina quedam rhetorica ad conciliandum Dei benevolentiam: est enim appellatio extremae bonitatis, pietatis, et potestatis, ut Tertull. supra. Nam Pater vocatur, tanquam fons omnium beneficiorum, creationis, regenerationis et maxime adoptionis per baptismum, quæ comprehendunt omnia reliqua. Est enim hæc oratio reatorum propria, non Iudeorum, ut fideiolum, ut notavi Tertull. et Cyprian., lib. de Orat. Dominicâ et August., serm. 48, de Diversis. Et quam-

pollutio sive profanatio, eam scilicet debruitio sive majestati sive operibus ejus, vel minus reverent et honorificè quam merentur ea homines suspiciunt. Id quod frequenter Scriptura tribuit vitæ non bonæ eorum qui se proficiuntur populum Dei. Isaias 52, v. 5; Ezech. 56, v. 20; *Et ingressi sunt ad gentes ad quas introierant, et polluerunt nomen sanctum meum, cum diceretur de eis: Populus Domini iste est, de terrâ ejus aggressi sunt, et cætera plura illic hanc in rem; item 43, v. 7, 8; denique Rom. 2, v. 25. Deus ipse quoque aliquando dicitur pollueri nomen suum, nimirum, cum pollui ab improbis sinit, neque se ipse declarat: locum habes Ezech. 59, v. 7. Hæc contra-rio deprecamur, cum dicimus: *Sanctificetur nomen tuum. Fit itaque manifestum, primò hæc petitione, respicere nos quidem ante omnia in Dei gloriam; cæterum ex consequenti et pro nobis ipsis ac fratribus, hominibus omnibus, orare, ut in nobis et per nos ea Deus operetur, per quæ nomen ejus sanctificetur; sunt autem ea quæ mox exposita sunt, cum primis nobis necessaria et salutaria: quæ, quia ex nobis ipsis non valeamus, sed ex Dei gratiâ; idcirco, ut Deus ea in nobis operetur, rogamus. Ergo, summa hujus petitionis est, ut Dei gloria in mundo refulgeat, qualisque est inter homines noscatur et celebretur, atque ita ut meretur, colatur et honoretur. Observandum est autem gratiarum actionem hic contineri. Nam, cum Dei nomen ubique et semper sanctificari desideremus, omnium illi honorum laudem tribui cupimus; itaque omnia illi accepta ferendum, quibus sanctus habeatur, ejus erga nos beneficia grati agnoscamus. Porrò, non hæc cum vitâ desinet sanctificatio nominis Dei, neque intrâ hujus vitæ terminos sese continet prima ista Dominicæ Orationis petitio; sanctificabitur ab electis nomen Dei in alterâ vitâ, tantò integrè, quantò ab iniquitate et corruptione alieniores erunt: facili enim habunt gloriam ex omnibus Deo, quibus non erit ab iniquitate periculum ut sibi aliquid ascribant; inò verò, tum demùm sanctificabitur nomen Dei ita ut dignum est, quando non sanctificabitur nomen Dei auditum et creditum, sed Deum ipsum in operibus suis et virtutibus refulgentem; sed ipsum in se coram fulgentem; quamvis fruenter aspectu ejus, videbuntque eum sicuti est, nec nominabitur eis ex eis quæ operatur et agit, sed ex eo quod est atque esse cœniter cernitur. Tunc non aliquando sanctificabitur nomen Dei, sed hoc solum, perpetuum, atque æternum erit**

vis Christus ferè solet Patrem vocare primam personam, nihil tamen incommodi est, si enim tota Trinitas, utpote æqualiter omnium beneficiorum fons, intelligatur à nobis. Unde virtute est summa laudis, atque dignationis Dei, summa gratiarum actionis, et summa fiducia compellat. Qui de causâ Cyprian. Hoc nomine, inquit, nemo nostrum auderet attingere nisi dignationis ejus, et bonitatis uberis illi permittisset. Est enim hæc vox, *Pater*, novi Testamenti et amoris Dei propria, sicut, *Domine*, Testamenti veteris et timoris. Unde simul his verbis et charitas erga Deum exaltatur, quid enim charitas illis quam pater, et supplex affectus, et imperandi presumpit, et cura,

illorum opus, ipsaque eorum beatitudo; perpetuò Dei nomen sanctificare, celebrare, laudare, et clamare cum Seraphim, Isa. 6, v. 5: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth: juxta illud Psalmographi psalmo 85, v. 5: Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Qui enim vel ad momentum fruatur aspectu Dei, fieri non possit quin mox in laudem erumpat, atque extra se raptus sui que prorsus oblitus in eo laudando sit totus; ejusmodi est illa suprema essentia. Jam qui perpetuò ea fruuntur, non possunt non perpetuò illius occupari laude, cujus nunquam satis caput admiratio: quin demersi in illam pulchritudinis abyssum, sui que oblitus, in illius quasi vertuntur toti transmutanturque laudem, funtque nihil aliud quam Dei mera laus. Hic finis est noster, ad quem creati et redempti sumus, ut simus, quomodo Apostolus loquitur Ephe. 1, v. 12, in laudem gloriæ ipsius: hunc flagitamus, primò hæc Dominicæ Orationis petitione, ad summam Dei in nobis gloriam, et summum nostrum ex Deo bonum.*

ADVENIAT REGNUM Tuum. Græcè est *simplex veniat*; sed idem unus est sensus utriusque. Secunda Dominicæ Orationis petitio, quæ pergit liberaliter institutus filius patri precari honorem. Porrò, est regnum Dei generale, quod dominatur Deus toti universo, servans, auferens, ordinans, gubernans, singula pro arbitrio. Hoc cum ab initio creature perduret (Regnum tuum regnum omnium seculorum, ait Psalmus 144, v. 15, et dominatio tua in omni generatione et generatione), ac proinde optari non possit ut veniat id quod præsens est, non venit hoc loco intelligendum. Est aliud Dei regnum singulare, quo ipse in servis suis et servi ejus in ipso, hic, adversus communes hostes, carnem, mundum et diabolum, regnant, per fidem, divinatorum mandatorum observationem; justitiam, pacem, et gaudium in Spiritu sancto, quæ Apostolus, Rom. 14, v. 17, vocat *regnum Dei*. Sed neque de isto regno hic sermo est, partim quia et istud, præsens semper eum advenit in aliquibus, non perinde convenienter optetur advenire; augeri potius et propagari; partim quia mox illud petitur. Est tertium Dei regnum, quod antonomastice id nominis habet (ad quod secundum illud *εργασασθαι* preparatorium est), pacatum prorsusque tranquillum, quo in sanctis suis absque alienis hostis infestatione, Deus æternum singulariter regnat: id quod mox à morte inchoatur in eorum spiritibus qui reatūs omnis expertes decedunt, periciendum in electis omnibus à resurrectione. Mox enim

ne tanto Patre indigni simus; quæ notavi August. hic.

SANCTIFICETUR NOMEN TUUM. Prima petitio et filiorum cura est gloria Patris. Nam nomen Dei est Deus ipse, qui nominatur, majestas et auctoritas ejus. Petimus ut illud sanctificetur, non quasi in seipso non sit semper sanctum, sed, inquit hic August., ut sanctum habeatur ab hominibus, hoc est, ut illis innotescat Deus; ut non existimant aliquid sanctius, quod magis offendere timeant. Fit hoc autem non solum Deum cognoscendo, et voce celebrando, sed et vitæ integritate veli sanctum habendo. Sic enim è contrario nomen Dei blasphemari et pollui dicitur, cum

à corporis morte auferitur sanctis illis spiritibus corruptio omnis ex humani tracta origine, augentur perfectâ scientiâ, donantur absolutâ charitate et justitiâ, honorantur aspectu faciei Dei et fruitione majestatis ejus, denique unus fiunt cum Deo spiritus, et deiformis divinique adeò, ut nihil in eis sit quod Dei non sit; quare verè regnat in eis Deus. Quod autem à morte animabus obtingit, id à resurrectione etiam corpora assequuntur, ut nihil in eis restet quod Dei non sit, nulla peccati labe, nulla corruptio, nullum exterminii medicamentum, sed, unita suis jam ante beatis animabus, immortalia fiant, incorruptibilia, pura, gloriosa, et cœlesti natura proxima. Neque eorum tantum corpora, quorum animæ reatūs omnis expertes ex vitâ hæc mortali excesserint, sed electorum omnium et corpora et animæ eo qui descriptus est felici statû in resurrectione donabuntur. Quare tunc Deus perfectè in sanctis suis regnabit, et singularis, et universis, quando, nihil in illis existente quod illius non sit, erit ipse omnia in omnibus, quo modo Apostolus loquitur, 1 Cor. 15, v. 28; ille enim demùm verè et perfectè aliquibus regnat, qui ita eos regit, ut totos adeò possideat, ut sit ipse in eis omnia, nihil ei in eis obstat contrarium, nihil sit quod contrahatur. Hoc illud erit regnum Israel, de quo quærebant Act. 1, v. 6, discipuli: *Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?* et de quo Christus ipse dicit: *Cum videritis hæc fieri, scitote quantam propè est regnum Dei*, Luc. 21, v. 31. De ipso hæc Dominicæ Orationis petitio intelligenda est. Itaque, dum oramus ut adveniat regnum Dei, partim petimus ut in animabus nostris corpore exiit regnet Deus; præcipue verò perfectum illud Dei à resurrectione regnum, quando erit ipse omnia in nobis omnibus, desideramus. Porrò aderit illud quidem statuto die, sed, ut honoris Patris nostri studiosi, qui tum demùm etiam perfectè sanctificabitur, desideramus et oramus ut citò illud ipse adducat; desiderando autem digni reddimur, qui in regni societatem à Patre assumamur, cujus ea erga nos dignatio est, ut, per preces cæteraque virtutum opera, nos sibi velit, in regno illo parando condendoque, cooperarios esse. Huic regno Dei opponitur Satanæ regnum, seu tyrannis potius et confusio: *perdis enim instar* (quod habet Jeremias cap. 17, v. 41), *foret quo non peperit, facti divitias, et non in iudicio, quosvis colligit, dissimillimos adeò adversantesque sibi mutuo. Ipse princeps potestatis aeris hujus*, Ephe. 2, v. 2; *mundi rector tenebrarum harum*, Ephe. 6,

sine reverentiâ tractatur, et velut sordium contemnitur sive vitæ sive vocis. Suspensâ autem emutatione non dicentes, sanctificetur in nobis, in omnibus dicimus, inquit Tertull., hoc est, petimus illud, non à nobis vel christianis tantum, sed in omnibus gentibus sanctificari, seu gloriam ejus in universo mundo clarescere et celebrari.

ADVENIAT REGNUM TUUM; non illud, quod dominatur Deus universo creaturo: hoc enim habuit à constitutione mundi; nec aliud regnum spirituale, quo in cordibus credentium et sanctorum regnat in mundo, de quo Lucæ 17, dicitur: *Regnum Dei intra vos est*; nam hoc petitur petitione primâ, et ex parte etiam tertîâ

v. 12; denique hujus seculi Deus 2 Cor. 4, v. 4, *excavat mentes infidelium, ut non fulgeat eis illuminatio Evangelii glorie Christi, operatur in filiis diffidentie, ut ambulent in desideris carnis suae, captivos tenet eos qui pereunt ad suam voluntatem*, 2 Tim. 2, v. 26, *caeterosque captivos non tenet, oppugnat incessanter ut teneat, et complures quidem expugnat, alios vero plerosque omnes crebris afflicti vulneribus, quippe cui confederata sit indomita concupiscentia, domesticus singulorum hostis. Hoc Satanae est regnum, quod hoc in mundo majori ex parte obinet; hoc oramus à contrario ut destruat, ut è medio auferatur, quando oramus: *Adveniat regnum tuum*; nisi enim deturbato penitus prostratoque inimico regno, non erit Dei regnum suis omnino partibus absolutum. Id autem fiet, ubi advenit regnum Dei. Diabolus et angeli ejus, et qui fuerint partis illius reprobi, universi destituenti sunt omni principatu, potestate et virtute, 1 Cor. 15, v. 24, neque tantum non amplius Deum vel Dei populum oppugnaturi sunt, verum redigentur etiam in scabellum pedum Dei, agnoscentque invitati ac genuflectent regno Dei; neque id satis, legibus regni Dei coercerentur, *penas dantes in interitu aeternas à facie Domini et à gloria virtutis ejus*, 2 Thess. 1, v. 9. Ita igitur oramus, ut aboleatur Satanae regnum, et teneat solum Dei regnum, Patris nostri. Dum autem hunc in modum, honori patris nostri studemus, nobis ipsis maxime prospicimus. Nam, praeterquam quod filii paternorum bonorum sunt heredes, meritoque existimant sibi accessere quiddam auctoritatis et dignitatis accrescit patri; Deum regnare, quod precamur, est Deum nobis seu in nobis regnare, in nobis autem regnare Deum, est, quod diximus, à Deo nos possideri, Deum esse in nobis omnia, plenos nos esse bonorum Dei, deiformes et divinos esse totos: quo quid optemus, aut melius, aut amplius? Huic autem conjunctum est, ut et ipsi cum Deo regnemus, dum bonorum omnium copiam affluimus, animae vires pro arbitrio regimus, corpus solà vi spiritus vivificamus, Deo (quod naturae nostrae ratio exigit) integrè subsumus, bonos omnes amicos habemus, malos inimicos sub pedibus. Porrò, quia regnum istud Dei ac nostrum, non aderit, nisi dum venerit Dominus Jesus Christus, ad iudicandum vivos et mortuos, et reddendum unicuique iuxta opera sua; ideo, dum regnum Dei advenire oramus, oramus simul advenire secundum Christi ad iudicium adventum. Itaque, si-*

sed regnum intelligitur illud perfectissimum, de quo dicit: *Venite, benedicti, percipite regnum*, etc., quo scilicet post resurrectionem destructo peccato, morte, diabolo, omnibusque adversariis, Deus tranquillissime in corpore et animo gloriosissime regnaturus est. Itaque, et victoriam adversus omnes inimicos. Et quavis hoc omnino adventum sit, voluit tamen Christus, ut istud peteremus: partim ut tanquam filii affectum nostrum ostenderemus, ut, quod semel venturum est, citò veniat, velut optantes maturius regnare, et quasi festinantes ad spei nostrae complexum, inquit, Tertull. lib. de Orat. c. 2, partiam ut, desideria nostra ad illud excitando, nos adveniat, atque in eos nos

cut ante Christi primum adventum, in omnium sanctorum votis hoc erat, ut Christus veniret in carnem, et homo factus hominum salutem operaretur; sic, postquam illam operatus, ascendit in caelum, omnium vota in hoc sunt, ut ad iudicium redeat (Aug. conc. 20 in Psalm. 118), flagrantissimo desiderio *expectantium beatam spem, et adventum glorie magni Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi*, Rom. 8, v. 25, Tit. 2, v. 15; nimirum dum hoc orant: *Adveniat regnum tuum*; omnium enim sanctorum quotidiana isthaec oratio est. Ceterum, ne temerè optemus terribilis illius exactique iudicii diem, nobisque ipsi malum accersamus, consultò nos docet Salvator mox addere: *Fiat voluntas tua*, Matth. 6; quò, per mandatorum Dei observationem digni regno Dei, ad iudicium illud subeundum parati simus, nec parati tantum simus, sed et *fiduciam in illo habeamus*, 1 Joan. 4, v. 17. Impii itaque, miseri, et maledicti illi sunt, ad rerum sperandarum sensum stupidi, si non etiam fide vacui, adversarii Orationis Dominice, qui velint praesentem hanc vitam, qualibuscumque bonis auctam, sibi esse perpetuam; parati sint Deo caelos relinquere, et quae illic reposita creduntur bona, si paratos foret Deus in terrà ipsis relinquere praesentia.

VERS. 5. — PANEM. Hactenus ea precati quae ad veram, solidam, perfectamque faciunt Patris gloriam; nunc ea humiliter petimus, quae, pro hujus vitae miseriam, nobis necessaria sunt; quae quasi secunda est tabula formae orandi, quam nobis Christus dicitur; sic enim initio, docendi gratia, decalogo Dominicum Orationem componebamus. Ceterum, quemadmodum, dum ea precati sumus, quae ad Dei gloriam faciunt, nostra ex consequenti petivimus bona, in quibus sita est Dei gloria; ita, dum nostra petimus bona, in Dei gloriam, ut finem ultimum, respicimus. Nunquam enim propriae utilitatis studio sic nos occupari fas est quin primum semper Dei gloria teneat. Porrò, bona nostra, in quibus sita est summa Dei gloria; summa atque aeterna bona nostra sunt, Dei nomen sanctificare, Dei regno potiri, conformes esse voluntati Dei, quoniam tertium istud, ut est hujus vitae, ita est ad illa assequenda medium bonum. Hae itaque precati superioribus petitionibus, hae infirma bona petimus, ea quibus ad hanc vitam temporariam transigendam opus nobis est. *Panis* enim nomine, ea omnia comprehenduntur, quae ad ducendam hanc temporariam vitam necessaria sunt, inprimis quidem

quoque regnare mereamur, ut August., epist. 121. Itaque sicut olim sancti postulabant adventum Christi in carnem, ita nunc in regnum suum, et consequenter in iudicium. Unde Tertull. ibid. *Votum Christianorum, confuso nativum, exultatio angelorum*. Facile itaque simus stare ante conspectum Iudicis Dei, venientis in regnum suum. Ut itaque non temerè hoc petisive videremur, statim subiungitur modus parandi se adventui et regno ejus.

VERS. 5. — PANEM NOSTRUM QUOTIDIANUM DA NOBIS NOME. Per panem nonnulli veteres intellexerunt solum Christi corpus, ut Hieron., et ex professo Ambros., l. 5 de Sacramentis, c. ult. Sed non excludi cibum

victus, tria sermonis Hebraici synecdoche, tum verò etiam reliqua, amicitio, habitatio, prospera valetudo, et caetera. Nam id oramus, ut, quam Deus nobis in mundo hoc vitam dedit, teneatur, quamdiu ipsi placeat, ac foveat; et quia multis indiget subsidiis, submitret ipse quiddam necessarium esse novit.

NOSTRUM. Nostrum dicimus, non quasi noster sit proprio jure, quem scilicet Deus nobis debeat, sed quia vita nostrae deputatus est à Patre, ea providentia quò omnia bonus conservat. Simul autem ex hoc verbo colligere licet, si divinitus pasci cupimus, alieno esse abstinendum: se enim, nihil nisi quod suum vocare possint, appetere, testantur omnes Dei alumni, quoties hae precandi formae utuntur. Summ autem vocare non possint non tantum quem sibi rapinà aut furto comparent, verum etiam quem circummeando domos et sectando mensas alienas otiosi manducant, id quò Apostolus docet, 2 Thess., 3, v. 11, 12, 1 Tim. 5, v. 15.

QUOTIDIANUM; *substantialem* vertit secundum Matthaeum, id est, qui substantiae sive naturae nostrae alendae sufficiat, minime scilicet exquisitum, sed quotidianum, qualis vulgo hominum quotidie in usu est, vel qualis quotidie necessarius est nobis nutriendis.

DA. Hactenus, ubi pro Dei gloria contendit oratio, longè fidentius sonuit, tertia imperativi, *Sanctificatur, Adveniat, Fiat*; nunc, ubi rem proprie agit orantis, submissis secunda, *Da, Dimitte, Ne nos inducas, Libera*. Fatemur hic omnem vitam nostrae sustinendae rationem, nobis ab almo Patre Deo esse, ab illo nos pendere, et gratiam ipsis beneficentia ali, sine qua nihil efficiat universa nostra industria.

NOBIS. Perseverat charitas, persistitque oratio communis, et ubi pro temporariis, et ubi pro aeternis, et ubi pro spiritualibus, et ubi pro corporalibus, supplicat bonis.

NOBIS. Graecè est *in diem*, panem quanto in hunc diem opus est; quo modo volentes, ad quarum exemplum nos revocat Christus, praesentis tantum cibi memores, dicuntur vivere in diem; vel in *singulos dies*, quod est *quotidianè*, quo modo Syrius interpretes vertit. Latinae interpretationis exemplaria variant, aliis *hodie*, aliis *quotidianè* hic legentibus, Matthaeus habet *hodie*, cum quo concordat illud, *in diem*, multòque magis quod est in Latinis multis codicibus, *hodie*; sed nec discordat *quotidianè*, si modò intelligatur, ita

corporis, suadet tum genuina vocis significatio; tum quò corpus Christi nondum esset in Sacramento institutum, quando haec oratio tradebatur. Unde alii volunt panem corporalem tantum peti; sed quia oratio ista perfectissima est, non est verisimile ea esse pretermissa quae animae sustentandae necessaria sunt. Itaque verisimilius videtur, nomine *panis* Hebraica synecdoche primario omnem cibum corpori necessariam significari, à parte quae excellit, inquit August., totum significando. Sed sicut sub cibo corporis intelliguntur omnia corpori sustentandae necessaria, ut plethorice notant, ita valde congruum videtur, ut sub eodem intelligatur omnis cibum, qui ad animam in hac peregrinatione sustentandam requiritur, maximeque corpus Christi, quia eodem *panis* nomine usitatissime vocatur, et speciebus ejus tegitur; ut ita sit quasi duplex sensus, unus litteralis et alter quasi mysticus, sed

ut debet, non peti annonae aut opum unam semel copiam tantam quanta quotidie, seu in omnes vite nostrae dies, corporibus nostris alendis sufficere; sed tantum panem in dies singulos, quantum diebus singulis necessarius est. Et quidem hae ratione extenditur cura orationis nostrae ultra diem eum quo funditur, quod non fit dum dicitur *hodie*; sed quamvis hoc perfectioris fortè sit mentis, non tamen vitiosè de crastino sollicitus est, qui crastini necessitates ita Deo commendat, ut non recuset aut fastidiat eras orationem iterare, praesertim cum animo sit diurno pane contento, quotidie cibum suum à Deo expectare volente, nec desiderante quae reponat in annos plurimos.

Hoc adverbium, frenandae aviditatis, eximendaeque anxie sollicitudini, Salvator addit, *ut ne in longum*, ait Cyprianus, *desideria nostrae petitionis extendamus, neque ulterioris diei* (Chrysostomus sunt verba) *cura nos conterat, iuxta id quò prescribit alibi: Nolite solliciti esse in crastinum: crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi: sufficit diei malitia sua*. Docetur Christianus, diurnum duntaxat panem petere, et in diem, cibum quae quibus ad transigendam vitam opus est, orare, nimirum, ut quotidie ad Patrem recurrere, et ab illius beneficiè providentia pendere discat, anxius procul abactis curis. Quocirca manifestum fit voluisse Salvatorem, hanc nobis orationem familiarem et quotidianam esse. Cum enim necessaris vitae quotidie indigeamus, et nunquamse ultra eum diem quo funditur oratio extendat, quotidie repetatur necesse est, si quidem à Deo pasci, Denique sua nos gratia pascentem agnoscere, velimus. Sed quæstio occurrit, an nunquam possit ad proximi diei necessitates oratio excurrere. Et quidem, ut certum est quòd sic, modò non avaro, anxio, aut iterandae orationis fastidioso, id fiat animo; ita perspicuum est, ad quod celestis philosophiae culmen suos Christus adducere voluerit; scilicet, ut quibus vita semper incerta est, non in eo ponant curam, ut victum assequantur vità certiore, sed, ut pendet vità à Deo, ita et victum Deo permittant, cui ut minimum est illum largiri; ita facile est ab ipso quotidie impetrare, dum quaerendo regno ipsis et quædam justitiae prima opera datur. At si quis à Deo consecutus sit id quod et huic et multis ab hoc diebus sufficere possit (ut ferè nostra vincit vota Dei munificentia, quantum

aequè principaliter intentus. Et hinc est, quòd vix ullos veterum corpus Christi excluderit, utpotè qui verè sit panis filiorum; sicut et haec oratio filii propria est. Plerique autem utramque expositionem conjunxerunt ut Tertull., lib. de Orat., Cyprian., de Orat. Dominici; Theophil. hic; August., sermone, ut sermone 9 de Diversis, ubi dicit: *Sane duobus modis intelligenda est ista petitio, sive pro necessitate carnalis victus, sive etiam pro necessitate spiritualis alimentis; item, serm. 48 de Diversis, epist. 121, c. 11; libro verò 2 de Sermonibus in monte, c. 7, expressè dicit: Si quis etiam de victu corporis necessario, vel sacramento Dominici corporis istam sententiam vult accipere, oportet ut conjunctè accipiamur omnia tria, ut scilicet quotidianum panem simul petamus et necessarium corpori, et Sacramentum visibile, et invisibile verbum Dei. Dicitur autem noster, id est, nobis ne-*

sit hoc donorum ipsius minimum) queritur an huic orandum sit: *Panem nostrum quotidianam da nobis hodie?* Exempli gratia, domus ei suppetunt, agri, opes, annona in annos, reditus omnis generis bonorum affatim copiosi, annui, adobque aeterni. Clarum esse arbitror quid responso opus sit. Quid enim si non serventur ipsi à Deo quae à Deo ipsi sunt data, sed, aut pereant, Deo manum subtrahente; aut furibus, raptoribus, tyrannis, à Deo permittantur? Et servata, quid si usum amittant sum, excidatque quae illis ingentia est ad alendum vis, ita ut, inter opes et ciborum apparatus, Mida instar, fame miser pereat? Adhaec, servatis etiam iis à Deo integris, quid si corporis ea sit constitutio, ut iis nequeat uti? praeterea, ut sit etiam corporis bona constitutio, quid si suam ipsi homines, Deo faciente, operam negent, qui ipsius ipsi serviant bona? Usque adeo non est dives, cui, ut pascat et in vita sustentetur, ad quod unum faciunt opes omnes, non multis sit opus, quae cum in ipsis non sint facultate, à Deo quotidie petenda sint; ita ut merito Salvator, ad coelestem nutrimum, promiscue omnes, et divites et pauperes, quotidie remittit. Denique, ut nihil sit eorum quae dicta sunt, ut sit quispian ejusmodi, ejusmodi non est, cui sint vitae necessaria certa à Deo omnia; praeterquam quod etiam illum oratione deceat agnoscere gratiam Dei, habet inopes fratres innumeros, pro quibus hoc orare quotidie debeat: *Panem nostrum quotidianam da nobis hodie.* Porro, animae panis, quo anima nostra, spiritus noster, opus habet ut pascat et sustineatur, non hanc proprie petitione intelligendus videtur, siquidem exacta petitionum servanda distinctio est; sed facere voluntatem Dei, ipse cibus vitae animae est, juxta illud quod Salvator discipulis dicebat Joan. 4, v. 54: *Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me, ut perficiam opus ejus.* Hoc est enim animam vivere, pasci et sustineri, justitiae voluntatique divinae constanter adherere; nec ad aliud servium sacrosancta Eucharistia, sacra Scriptura verbumque Dei. Ut verò plena exactaque haec esset rite orandi forma, ea complectens omnia quae à Deo recte petantur; fovenda autem vitae ratio, ut est à Deo, ita à Deo recte petitur, in quem curas nostras omnes jubemus conjicere, Psal. 54, v. 25; 1 Pet. 3, v. 7; idcirco ad sublevationem innumerarum praesentis vitae necessitatum, petitionem hanc Salvator attestare videtur, verum ita restricto eo quod petitur sensibili, ut proxi-

cessarius, non solum pauperibus, sed et divitibus; illis, ut habeant, his, ut non amittant. Quod enim eis non deest, misericordiae Dei est, non potentiae ipsorum, inquit August., serm. 48. Da nobis nonne. Hoc August. solet exponere pro toto praesentis vitae tempore: sed nihil obest quin pro praesenti etiam die accipiatur, ut ita Christus doceat, inquit Cyprian., diurnum cibum petere, nec in longum desideria petitionis extendere, juxta id quod expressè infra, c. ult., prohibet, sollicitum esse de crastino.

VERS. 4. — *Et dicitur nobis peccata nostra.* Haec dimitti nobis petitio, hoc est, eorum culpas deleri, ita ut Deus nobis propter ea non amplius offensus maneat; sicut hoc patet ex conditione sequenti, quae

mè ad spiritualia accedat. Nam si nihil amplius querimus, quam panem nostrum, et eum hodie, spiritualis animi et sapientis est, uti pulchre annotavit Chrysostomus, homilia in Joannem 42. Caeterum, hic praesentem se subjicit oportet oratio benedictio Dei, ut noverit quisque cum Apostolo et satiari et esurire, Phil. 4, v. 12, ita ut Patri visum fuerit, qui solus sequit quid filiis suis, quod ad temporalia ista, sit utile, Rom. 8, v. 26.

VERS. 4. — *Et dicitur.* Haec bona peccati, delinere deprecamur mala, quod nondum sint res nostrae eo statu boni, quem nullum infestet malum. Quia autem summa mala, peccata sunt, quippe quae à Deo Patre non separent; quo nihil est gravius ingenio filio; indignationem ejus ut incurramus faciant, et caeterorum omnium quorumcumque malorum prima causa sint, idcirco ante omnia à commissis peccatis ut liberemur, orare nos Christus docet. Intelligendum autem nobis dat, neminem nostrum absque quotidianis peccatis hanc vitam dehere, quantumcumque sit justus, quantumcumque sanctus (neque enim humilitatis docuit quam veritatis esse observantiores, dum suis omnibus quotidianam hanc orandi praescripsit formam), ut, nostrae nobis infirmitatis fragilitatisque conscii, minime eferamur. Caeterum, ut ne etiam ob frequentia adeo delicta desperemus, Patris nobis ostendit semper patere misericordiae viscera veniam rogantibus: neque enim praecipit quotidie à Deo petere, id quod nolit Deus quotidie dare. Porro, quod intelligatur qui dimittat nobis peccata Deo, observandum est tria quaedam concurrere in unoquoque peccato, actum quo fit peccatum ipsum, maculam quam ex actu animus contrahit, poenam quam actus maculae merentur; quorum trium, actus transit, macula manet, poena debetur. Nam, quod ad maculam, cum peccatum ipsum non fiat nisi ita dictante animo, afflicti illum alteretque necesse est, et, ea cui contrarium est Dei gratia, quae comprimis pulcher est animus, aut pulsa aut laesa, maculam ei inurat; quae id efficit, quod loquuntur Scripturae, ut sit immundus ea sordidus peccator et ablutioe emundationeque opus habeat. Tunc itaque dimittit peccatum Deus, quando actum habet eo loco ac si non fuisset; maculam, resituito suo nitore atque integritati animi, eluit; et poenam debitam remittit. Istud omne hic oramus, ut de peccatis nostris omnibus ita agat Deus Patris misericordia. Caeterum, contingit aliquando, ut ita dimittat peccatum Deus, ut non continuo poenam

non de castigationis, sed offensarum remissione loquitur. Et ita exponit August., tum hic, cum alibi passim: nam pro poena remissione potius ultima petitione deprecamur. Itaque haec oratio est quotidiana quaedam mandatio baptizatorum à peccatis levioribus; ut ita semper memores vivam et infirmitatis suae, quae peccata obnoxii sunt, ne in superbiam eferantur, et patere misericordiae, ne desperent.

Oratio praesenti nonne, id est, illis qui in nos peccando non offenderunt: non enim agitur vel de poenae remissione, sed injuriarum. Nam qui dimissis peccati offensis, quod laesus est, tamen emendat verberibus eum in quem potestas datur, vel coercet aliquam disciplinam, elemosynam praestat, non solum

omnem temporariam quam meretur dimittat, ac proinde, actum non omnino adhuc eo habeat loco ac si non fuisset, dum, scilicet, productionem esse vult poenam quam culpam, ne parva habeatur culpa, si cum ipsa finitur et poena. Id dum fit (fit autem in gravibus peccatis à baptismo admissis ut plurimum), recit etiam tum, pro impetranda omnis poenae remissione, oratione hanc utimur: *Dimittite nobis peccata nostra*, quia non integrè prorsus dimissa sunt, quorum adhuc aliquod restat.

Siquidem et ista, etenim ipsi, nam et ipsi. Dum hunc nobis orandi modum Christus praescripsit, certè nos conditione et sponse constrinxit, quod ait Cyprianus, ut si nostris in Deum peccatis veniam à Deo impetrare volumus, veniam demus ipsi fratri in nos peccatis. Aequa certè conditio, ut qui à se majore petit veniam offensarum graviorum, donec ipse aequali minorum: atque eò aequior, quod et ipse qui fratri ignoscit, homo cum sit, subinde opus habeat ut ipsi frater ignoscat. Quia enim noverat Christus Dominus infirmitatem nostram, fieri haud facile posse, ut sine mutua hic offensione homines versarentur, voluit, ut mutuarum condonatione offensarum, charitas, sarta tecta, quod aiunt, servaretur, et ne aliquando, assidue condonando, fatigaremur, hoc nobis in quotidianam intexuit orationem, ut cum ipsi Dei, in quem quotidie delinquimus, quotidie imploramus misericordiam, non eam nobis andeamus polliceri, nisi et ipsi erga fratres benevoli perseveremus. Observa quanta sit Dei *philantropia*, cui ita curae est nostra erga nos mutuo charitas; et quantum peccatum sit odiosum fratrem, quo fiat ut nulla dimittantur peccata. Oratio, quandoquidem eà, aut justitia petitur, aut quod ad justitiam facit, ex amore erga Deum proficiscatur oportet. Porro Deum non amat qui fratrem odit quem videt et quem jubet Deus amari. Caveat ergo ne fratrem oderit, qui suam velit Deo gratam orationem. Ut autem cumprimis odium in fratrem facit ne Deo sit accepta oratio: ita cumprimis charitas erga fratres (etsi sola non sufficit) Deo commendat orationem, et, quod compluribus locis sacrae litterae dant intelligendum, singulariter eam quae peccatorum ambitur remissio. Luc. 11, v. 41; Jac. 3, v. 20; 1 Petr. 4, v. 8. Smit porro multa charitatis opera, sed illo nullum majus, quo ex corde dimittimus quod in

injuria dimittendo, sed etiam eandem poenam plecendo, ut August. in Ezechielo, c. 72. Non enim ordo vel charitatis vel justitiae hinc oratione tollitur, sed odium et vindictae cupiditas; ut scilicet invidiosus animi erga fratrem in quocumque et quantumcumque delictis semper salva maneat, sine vindictae amaritudine, etiam adversus inimicos. Non est hic peccata similitudo, nec est regula dimissionis (non enim Deus noster, sed nos Deum in dimittendo imitari debemus, cum nobis ille incomparabiliter plura dimittat, juxta parabolam Matth. 18), sed est conditio quaedam praeparatoria, et acquisitiva, id est, ut dimittas nobis. Unde dimittimus, aequum est, ut et tu dimittas nobis. Unde Cyprian. certè nos conditione et sponse constrinxit ut, sciremus, impetrari non posse quod pro peccatis petimus, nisi et ipsi paria lacemus. Similia habet August., serm. 48 de Divers., c. 9. Itaque statuit hanc

nos quisque peccavit. Minus enim magnum est, ait B. Augustinus Ezechielii cap. 75, e erga eum esse benevolens, sive etiam benedicens, qui tibi mali nihil fecerit. Illud multo grandius et magnificentissimae bonitatis est, ut tuum quoque inimicum diligas, et ei qui tibi malum vult, et si potest facit, tu bonum essemper velis facere, et cum possis. Hoc ergo quia maximum est operum charitatis, sub quo caetera facile intelligi queant, et ejusmodi est quod à nemine non possit praestari, quippe quod solam injuria oblivione et cordis erga fratres suavitate desideret, Salvator ei quam docuit orationi adjecti. Porro signanter adjecti huic quintae petitioni, quod peccatorum remissionem oramus, ut, ubi eam quae maxima est, Dei erga nos gratiam, poscimus (nulla enim major Dei erga nos gratia remissione peccatorum, quae adeo etiam virtutum sperat praemiationem), atque eam nobis pro hujus vitae statu ita necessarium, ut doceat augustissimum illud inter veteres doctores os, lib. 19 de Civit. Dei, cap. 27, *nostram huius vitae justitiam, magis peccatorum remissione quam virtutum perfectione constare*; illis, ejus quae maxima est, nostrae erga fratres gratia, quaeque necessaria est ut sit nobis animi erga fratres et Deum Patrem affectio integra, meminimus, quod memores praestemus alacritas. Non enim tum demum condonemus injuriam orat, cum illatè frater poenitentia ductus veniam rogat; verum etiam dum poenitentia persistit, quin injuriam injurià cumulat. Semper enim sua animo erga fratres suavitas salva maneat oportet, nec vindicta expetita unquam amarescat admittendum esse, qualescumque illi tandem erga nos sint. Id Marci 11, v. 25, ipse illud oratio cumprimis necessarium esse testatur, cum ait: *Cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis adversus aliquem.* Caeterum, exterior condonatio, non nisi rogantibus debetur: quam ferè neque expedit iis qui pertinaces haud petunt offerri, ne conversi porè dirumpant margaritam praebentes. Ergo hic monemur, qualem animum oportet erga fratres afferre, dum Deo cupimus reconciliari: quem qui afferat, magna si possit cum fiducia Dei misericordiam implorare.

DIMITTENS, peccata, offensas, injurias, et quidem ex animo. Nos peccatum dimittimus, quando actum eo habemus loco ac si non fuisset, et poenam, quam

legem Christus ut, quia nos quotidianam peccatorum remissione indigemus, esset quasi fortissimum quoddam vinculum, inò necessitas conservanda fraternae dilectionis, quandoquidem pro humana infirmitate provis sine offensis aliquibus intercurrentibus esse non posset. Unde qui non dimittunt, et mentiantur Deo, et suam de se sententiam dicunt. Et si nos intercedendo non sicut tentationis succumbamus. Non ergo petitur ne tentemur, sed ne tentationi consentiamus. Tentari enim perlimque utile est ut probehatur, ut exerceamur, ut nos ipsos cognoscamus, ut in humillitate continemur: *qui enim non est tentatus, quid scit?* Eccles. 54, v. 9. Efficit hoc Dominus duobus modis: partim tentationibus juxta vires hominis moderando, ut possit sustinere; partim sua nova gratia animum corroborando, ut resistat. Inducti autem Deum in tentatio

vero vel præsumpso jure exigere possemus, omnem remittimus, ita ut nec ipsi nos vindicare, nec ab alio, etiam Deo ipso, vindicari cupiamus; neque enim amplius aliquid possumus, et id solum eatenus, quatenus nos offensa læsit; nam quatenus Deum læsit, Dei est remittere. Porrò non se vindicat qui aut corrigi aut corripit delinquentem, id dicente sive iustitiâ sive charitate; nec qui damnum repetit aut exigit, offensâ seu injuriâ dimissâ: non enim ita mox damnum dimittere tenemur, ut injuriam.

DEBENT NOBIS, ei qui nos offendit, qui in nos deliquit. Hic loquendi modus, quo peccator debitor et peccatum debitum vocatur, frequens evangelicis litteris, Matth. 18, v. 27; Luc. 15, v. 4, ex Syrico sermone, quo Salvator est usus, profectus est. Syrenim, debitorem et peccatorem, rursus debitum et peccatum, eodem appellant nomine, hæc *habbo*, illos *haiob* (quibus nominibus etiam hic in Oratione Dominicâ utuntur), à *hob*, quod primò est debitorem esse, obligari, teneri; deinde peccare, iniquè agere. Hic mihi jam ad extremum considera, quantum eorum est crimen, qui hæc utuntur prece, odium servantes in fratres, et mentientes proinde Deo. Mentuntur Deo, sed snum ipsi mendaciam hætenus justi puniunt, dum in seipsos sententiam dicunt, ut meritò non remittat ipsis peccata Deus, qui fratribus nolunt in se commissa remittere, et divinum in se invocant ultionem, ut ad vindictam armetur peccatorum, quæ meritò non remittit. Ob hæc causam, invenias hodiè, qui, primum quam debitoribus suis dimittere velint, relicta hæc Dominicâ precandi formâ, alias precatunculas usurpent, bis hoc uno nomine peccatores, et quòd evitent orandi formam, quam Salvator, ut docuit, ita præscripsit, et quòd perperam orant: nulla enim bona oratio est, quæ, quòd hæc pericope, vel non addat, vel non intelligat.

ET NE NOS. Commisiorum peccatorum precati veniam, recto ordine ea peccata deprecari jubemur, quorum in continuis versamur periculis, hæc in vitâ constituti, quæ tota, juxta sententiam Job, cap. 7, v. 1, tentatio et militia est. Admonemur itaque infirmitatis et imbecillitatis nostræ, quòd sine Dei auxilio periculis superiores evadere non possumus: utque omnis timor noster et devotio atque observatio ad unum Deum convertatur, docemur nihil contra nos adversarios posse, nisi Deus antè permiserit.

INDECAS, inferas legit B. Augustinus: quòd quidem

nem, id est, induci patitur eum quem suo auxilio deseruerit. Itaque hoc petimus, inquit August., epist. 121, c. 11, ne deserti Dei adjutorio, alicui tentationi vel consensimus decepti, vel ce-lamus afflicti, neque aut luce carendo, quâ peccatum tentationis sive fallaciam cognoscimus, aut illecebre justitiæ, quâ peccati blandis aut cruciatibus resistimus: de quo August. 2 de peccatorum Meritis, c. 19.

Ex his patet, eam oratio sit interpres desiderii, hæc oratione omnia omnino desideranda postulari, idque prorsus eo ordine, quò desideranda, quòd exsequenda sunt. In desiderando autem primum est finis, deinde media. Finis omnium est Deus: in quem fertur affectus noster dupliciter, vel ipsius gloriam in seipsis

ad vocem Græcam accedit propius, sed illud, uti idem benè censet, tantumdem valet.

IN TENTATIONEM. Duplex est genus tentationis; unum, quo tentamur, hoc est, experimentum nostri capitur, cum ut ea quâ præditi sumus manifesta evadat virtus, tum ut amplior illa et ampliori præmio digna reddatur. De hoc tentationis genere ait Apostolus Jacobus cap. 1, v. 2: *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incidieritis*. Ob hoc igitur cum gaudere oporteat, non illud est quòd hic deprecari docemur. Alterum est tentationis genus, quo ita sumitur experimentum virtutis nostræ, ut detur simul opera, quò, eâ labefactâ, ad peccatum pertrahamur. De isto idem ille Apostolus ait cap. 1, v. 15: *Nemo cum tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur*. Deus enim intencator malorum est: ipse autem neminem tentat. Priori tentationis genere non tentat Deus; posteriori hostes Dei et nostri; atque eodem opere fit ut et Deus nos illo, et hostes nos isto genere tentent. De posteriori igitur quòd à Deo non est, hæc Orationis Dominicæ parte sermo est. Itaque tentatio hic intelligitur ad peccatum sollicitio. sollicitum autem ad peccatum, et extrinsecus, et intrinsecus, idque nunc prosperarum rerum dulcedine, nunc adversarum molestiâ. Extrinsecus nos sollicitant diabolus veterator, qui antonomasticè, *is qui tentat* vocatur 1 Thess. 5, v. 5, ejusque mancipia homines impij. Intrinsecus, concupiscentia nostra prava, de quâ Jacobus Apostolus c. 1, v. 14: *Unusquisque tentatur à concupiscentiâ suâ, abstractus et illeceus*. Huic qui dominatur domesticæ hosti, nihil illi ab illis timendum est; et prosperarum rerum dilectione qui non capitur, non ille adversarum molestiâ frangetur. Porrò non id propriè hic oramus ut non tentemur, sed ut in tentationem non inducamur vel inferamur, quòd est, uti loquitur Apostolus Rom. 1, v. 24, *ut in desideria cordis nostri non tradamur*. Oramus ne tentemur supra id quòd possumus, 1 Cor. 10, v. 15, ne superemur à tentatione quâcumque. Hunc ad modum monet Salvator apostolos instante passione suâ, infra 26, v. 41: *Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem*, hoc est, ne imminens scandali tentatio vos superet et dejiciat. Cæterum ut non superemur à tentatione, agit hoc Deus duobus modis, uno, dum, parcens infirmitati nostræ, tentationem nobis moveri non sinit; altero, dum, majore misericordiâ, facit ut motam nobis tentationem vincamus. Inducere autem in tentationem

diligendo, vel nos in ipso Deo. Primò itaque petimus sanctificatio nominis ejus, ut scilicet gloria ejus in universo mundo clarescat; deinde ut regnum ejus adventet, id est, gloriâ ejus completâ, et ad gloriam istam perveniendo nos in ipso, et cum ipso regnemus. Ad istam vero finem aptamur, per se quidem bonis velut mediis, ad consecutionem ejus utilibus, per accidens vero carendo malis, velut à beatitudine nos prohibentibus. Itaque inter media primum et proximum est gratia Dei, et meritum hominis, quæ petuntur eo ipso quo petitur ut fiat voluntas Dei (Matth. 6, 15); subserviant illis omnia quæ ad sustentationem sive corporis sive animæ pertinent, et in pane quotidiano postulantur. Mala vero, quæ nos à consecutione finis

prohibent, tria sunt: primum et maxime omnium peccatum; deinde peccati tentatio; denique universa vitæ presentis penalitas, velut omnium tentationum et peccatorum seminarium. Hæc tria prohibentia eodem planè ordine removeri petimus tribus ultimis petitionibus. Nam in illis tribus deprecamur mala, sicut in quatuor primis precamur bona: ita tamen ut ea tria quæ in æternum permanens sunt præmittantur, ultimum verò sit panis quotidianus, qui soli temporali vitæ competit. Vide de illis August., 1, 2 de Serm. in monte, c. 10, et D. Thom., 2-2, quæst. 85, art. 9.

prohibent, tria sunt: primum et maxime omnium peccatum; deinde peccati tentatio; denique universa vitæ presentis penalitas, velut omnium tentationum et peccatorum seminarium. Hæc tria prohibentia eodem planè ordine removeri petimus tribus ultimis petitionibus. Nam in illis tribus deprecamur mala, sicut in quatuor primis precamur bona: ita tamen ut ea tria quæ in æternum permanens sunt præmittantur, ultimum verò sit panis quotidianus, qui soli temporali vitæ competit. Vide de illis August., 1, 2 de Serm. in monte, c. 10, et D. Thom., 2-2, quæst. 85, art. 9.

alii complures in sacris litteris similes, quò in tentationem Deus inducere atque inferre dicitur. Summa ergo petitionis hujusce est, ne agat nobiscum Deus suâ pro severâ justitiâ, ut ne destituti a junioro ejus, cumque nobis patientes iratum, alicui tentationi, vel consensimus decepti, vel cedamus afflictis, Augustin., epist. 121, cap. 11.

Post: *In tentationem*, addunt Græci et Syrii codices: *Sed libera nos à malo*, quemadmodum reliqua superiora addiderunt, ne quid hic deesset Orationi Dominicæ eorum quæ recitat consuetudo orantium. Latina editio, non magis istud quam superiora agnoscens, videtur sanior: cum enim in proximè præcedenti articulo: *Et ne nos inducas in tentationem*, iste includatur, saltem ex parte, eaque potiori, omisit illum hæc vice Christus. Nam qui in tentationem non inducitur, is procul dubio à malo liberatur; et qui orat ut à peccato, quòd et summum malorum, et omnis alterius mali origo est, præservetur, is reipsâ precatur aut certè meretur ut ab omni malo liberetur.

VERS. 5. — ET AT, dixit etiam, ad illos, discipulos suos hoc. Postquam docuit quid, quâ formâ, orare debeant, docet etiam quomodo orare debeant, non remissè scilicet aut negligenter, sed ardentè et perseveranter, ne fatiscent animis, si non statim votis potiantur, ne continuo cessent, si non mox exaudiantur. Annotat hoc Titus et in Catenâ Chrysostomus.

QUIS VESTRUM, quis ex vobis. Interrogatio loco conditionis: Si quis vestrum habeat amicum, et adiens eum mediâ nocte dicat, etc. Docendi gratiâ fingit parabolan, similitudinem, seu exemplum, sumpunt de medio, ex iis quæ fieri solent, adeoque ex illis ipsis quibuscum loquitur, ut ex seipsis conjecturam faciant, et intelligant quanta sit vis perseverantis orationis.

MEDIA NOCTE, tempore maxime incommodo; facit hoc ad illud quòd petitur impetrandi difficultatem.

DICET, dicat, quanquam in aliis Græcis libris legatur futurum, prout Latine.

ILLI roganti quis pulset ostium.

AMICE, Captat benevolentiam, ut etiam fiducia obtinendi in eo est, quòd amicus sit.

COMMODA, multo da; nam commodare propriè de iis rebus dicitur, quæ numero eadem possunt restitui, ut mutuum dare de iis quæ usu consumuntur.

TRES PANES, Fatetur hic, nihil panis familie sue

VERS. 5. — ET AT AD ILLOS. Hætenus de orandi formulâ; nunc de orandi modo, ardore, et perseverantia, de quibus per parabolam subjungit: *QUIS VESTRUM HABET AMICUM?* q. d.: Cui habenti amicum non id eveniet, quòd dicitur sum? Multo ergo magis eveniet oranti amicum Deum; est enim argumentum à minori ad majus, sicut et v. 15. ET INT AD ILLOS MEDIA NOCTE: quæ interpretari dicitur, ut Aug. nota, conc. 29, in psalmo 118, quia ad agendum importunus est. *Media ergo nocte*, hoc est, importunissimo tempore, quòd ad impetrandi difficultatem spectat. ET DICAT ITI: AMICE, COMMODA MIHI, id est, da mihi